UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas, Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

19. De aliis accusationibus Christi coram Pilato Ioan 19.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70978

Visual Library

deturpato. Pilatus verò ſperans Iu
hoc diro ſpectaculo molliendos, dic
ce homo, ecce quem vos dicitis filium
ſe facere: Ecce miſerum regem, qui v
detur homo. 2. Conſidera, cæcitate
lati. Iterum proteſtatur Chriſtum e
noxium, & tamen tam fœdè eum t
nit, vt vix hominis ſpeciē retinuerit.
nec canem quis ita tractaret. 3. Conſ
ſi teſte Pilato innocens eſt Chriſtus,
hæc illi contigerint. Nimirum ex
bia tua irriſiones, ex auaritia nudit
ebrietate ſanguinis effuſio, ex li
ſpinæ, ex ira vulnera, ex inuidia li
ex accedia funes & vincula. Si ergo P
non potuit Pontifices excitare ad
miſerationem, te ſaltem excitet. H
næ enim pro te perferuntur, hic ſ
tibi propinatur, hæc mala tibi don
vt iis quaſi pharmacis peccata tua

MEDITATIO XIX.

*De aliis accuſationibus Chriſti co
Pilato. Ioan. 19.*

*AD clamorem Pontificum reſpond
tus. Accipite eum vos & crucifigite
illi. Secundum legem debet mori, quia*

Dei ſe fecit. Conſidera, quod ſicut impii Pontifices conſpecto Chriſto ſanguinolēto non aliter in eius necem inardeſcebant atq; canes viſo ſanguine feræ, ita conueniat te accendi in amorem paſſionis Domini, contemplatione dolorum eius, vt in meditatione tua exardeſcat ad imitandum ignis deuotionis. 2. conſidera Iudæos verum dicere, ſed non ad mentem ſuam. Omnia enim veteris legis ſacrificia paſſionem & mortem filii Dei adumbrauerunt, & Prophetæ clarè prædixerunt: illi autem volebant Chriſtum mereri mortem ob blaſphemiam, quod faceret ſe filium Dei vt diſcas Deum aliorum malè facta vel dicta in bonum tuum commutare, quo & tu ex malis ſemper bona elicias.

Pilatus rogat Ieſum. Tu quis es? eoq; tacente Mihi, inquit, *non loqueris? an neſcis me poſſe dimittere te? Reſpondit Ieſus, nullam poteſtatem haberes, niſi data eſſet deſuper: & ideo qui tradidit me plus peccauit.* Conſidera tacuiſſe Ieſum, ne ſanctum cani daret, iam enim immani flagellatione indignū ſe reſponſo reddiderat. tum vt nos doceret non loqui, niſi cum neceſſe eſt, neceſſe autem non erat Chriſto loqui, quia iam ante dixerat regnū ſuum non eſſe de hoc mun-

do, & ſi plus dixiſſet, intellectus nō fuiſſet
cum nec angeli capiant eius generationē
2 Conſidera Pilati ſuperbiam, quod ta-
turnitatem Chriſti ſine cauſa reputet in
contemptum: facile quippe indignatur
homo ſuperbus, quia nec minimum qu
poteſt ab aliis tolerare. 2. quod non agno-
ſcat omnem poteſtatem ſe à Deo haben
cum tamen ſine eius voluntate, nec fol
Lib. 3. ad Quir. c. 80. arboris commoueatur. Imò docet Cypria-
nus nec poſſe diabolum quicquam in ho-
minem, niſi Deus permiſerit.

3. *Exinde quærebat Pilatus dimittere eum*
Iudæi autem clamant. Si hunc dimittis, non
amicus Cæſaris. Tum producto Ieſu, dixit, Ec-
ce Rex veſter. Reſpondent Pontifices Non ha-
bemus regem niſi Cæſarem. Conſidera, Pi-
tum audita mentione peccati, ſerio
Chriſto dimittendo cogitaſſe, ne ſe maio
crimine obſtringeret: ſed poſtquam deho-
nore ſuo apud Cæſarem agi vidit, rurſu
animo concidit, ſimilis illis, qui veritatem
tuentur, quā diu id vident ſine ſuo diſpē-
dio fieri poſſe, ſed ſi turbo aliquis ſe im-
mittat, vela conuertunt. 2. Conſidera Iu-
dæos, quia repudiato Chriſto vero Rege
Cæſarem regem ſuum eſſe voluerūt in tot
mala, & perpetuam ſeruitutem incidiſſe

neq;

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nec ſecus ſuccedere omnibus qui abiecto iugo ſuaui ſeruitutis Chriſti ad mundum redeunt, quippe cum perpetua fiant mundi mancipia, & cum mundo pereant.

MEDITATIO XX.

De Chriſti D. N. condemnatione. Matth. 27.

Videns Pilatus quod nihil proficeret; ſed 1.
magis tumultus fieret, aqua lauit manus, dicens. Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius, vos videritis. Conſidera, Iudæis nos fieri ſimiles, quando nullis neque rationibus, neq; monitionib. in re ad ſaluté vtili vel neceſſaria acquieſcimus; Pilato autem, quando in aliorum gratiam contra conſcientiam quid facimus, & culpam totam in alios retorquemus. 2. Conſidera, Pilatũ bis falli cum putat ſe innocentem, primo e cerimonia externa lauandi manus: non enim aqua, ſed lacrymis peccata purgantur. ſecundo: quod iuſtum inuitus damnet nam innocens eſſe nõ poteſt, inquit B. Leo, *Ser. 3.*
qui iiſdem labiis mittit Ieſum in crucem, *de paſſ.*
quibus eum pronunciauit innocentem.

Et reſpondit uniuerſus populus dicens Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. 2.
Conſidera, cæcum furorem inuidiæ non

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN